923 oo
89/305

TOPINSKI BANITUS

Super Citationem literalem Castren Capitan Bransce tenoris talis. Franciscus In
annis in Ztoczow Lesnowolski Bransce et Capitan Tibi Nobili Thomae olim Martini To
pinski de Topienie Tiski heredi ex omnibus bonis tuis mobilibus et immobilibus Vigore
Regia et nostra qua in hac parte fungimur autoritate mandamus ut Coram Iu
dicio nostro Castren Capitan Branscen in Terminis Iudicialibus simul et Querela
ac Causarum officii Castren Capitan Branscen feria secunda post datum praesen
tis Citationis prius et proximius celebrandis personaliter et peremptorie com
pareas ad instantiam Instigatoris Iudici eiusdem et ipsius delatoris Nobilis Mathiae
filii Nobilis Nicolai Brzesnicki de Brzesnica et Topienie etc heredis Actor Qui
te citat ad Baniendum et de Regno Poloniae Dominiisq eidem annexis proscribendum
tes Quia tu Rumationem seu Fortem de Brachio Regali Intromissionem per Ti
exgerentem ab officio nostro deputato Ministerialem et Nobiles officiose affectata
Vigore Actoris per Decretorum super te in officio nostro Castren Capitan Branscen in
Causa Ratione certe Summae Octo Floren Polonic debiti certi et liquidi eidem Actori
Coram Actis Terrestribus Surasensibus inscripti non solutionis pro vadio simili
exinde succubito una cum solutione Summae esentialis decernendo instituta
Iuridice perductorum et obtentorum non admisisti imo temere denegasti per
quod poenam Banitionis et de Regno Poloniae Dominiisq eidem annexis pro
scriptionis succubuisti ad quam super te et bonis tuis omnibus decernendam
et per Ministerialem publicandam Citatus Iudicialiter sis responsurus. Datum
in Curia Regia Branscen feria Secunda post Festum Sancti Michaelis Ar
changeli Proxi Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo
Primo. Cuiusquidem Citationis praesentem Copiam sigillatam Ministerialis Re
gni Gnalis providus Stanislaus Walewnikus ab una integra ante Terminum prae
sentem Septimana in bonis Topienie Citati proprie posuisse et publicasse re
cognovit. Memoratus Actor saepetum Citatum ad Iudicium praesens Castren Capitan
Branscen per Ministerialem Regni Gnalem Nobilem Benedictum Prosienski
Iuridice clamatum et non comparentem in poena Banitionis ex Regestri
Ordine ac admissione Iudicii praesentis Iudicialiter condemnavit. In cum
autem condemnationis eiusmodi Iudicium praesens Castren Capitan Bransce
visa et considerata citati clamati et non comparentis Contumatia et temeritate
Iuri Communi et partis Actoreae affectationi contentisq Citationi inherendo
super ipsum Citatum et bonis ipsius omnibus poenam Banitionis decernit ipsumq
iam exnunc Banitum et de Regno Poloniae Dominiisq eidem annexis proscriptum
esse pronunciat et ad publicandam eandem poenam Banitionis Ministerialem
suprascriptum Prosienski addit et deputat. Qui quidem quidem Ministerialis
praefatus iussu suae deputationis referens et eloco publicationis rediens recognovit
se praefatam poenam Banitionis super praefatum Citatum ex instantia praenomi
nati Actoris obtentam in loco solito Iudicio vel ac foro oppidi huius Branscen etc.